

XXIII.

Quod si à me rogasses, ut crederem pecuniam. Ego autem *cum non haberem, lancem tibi dedi, vel massam auri, ut eam venderes, & nummis utereris, quæsitum fuit, & rectè, an mutuuum esset contractum?* Ulpianus, *si vendideris*, mutuam pecuniam factam respondit.

l. rogasti. ii. in pr. ubi Don. ff. h. t. n. Et si enim mero jure & secundum strictam juris rationem ex tali conventionem pecunia credita non fiat: tamen utilitatis causâ hic mutuuum subsistit, Cujac. lib. 8. obs. c. 8. & lib. 8. ad African. in explicatione, l. qui negotia. ff. Mandati. Vitandi scilicet circuitus causâ, & accelerandorum negotiorum gratiâ; neve frustra fiat per plura, quod æquè fieri potest per pauciora l. ult. ff. de Adopt. l. 1. ff. quod met. causa. l. ampliore, §. in refutatoriis. Cod. de appellat. Diss. Glossa & Dd. in d. l. rogasti, & in dict. l. qui negotia, per l. rogasti. 19. ff. de præscr. verb.

XXIV.

Non aliter autem mutuuum contrahitur, nisi cum ego pecuniam hoc animo do, ut mutua fiat, & tu eadem opinione pecuniam à me ACCIPIAS, (a) Hinc ergo si tibi pecuniam quasi donaturus dederò, tu quasi mutuam accipias, Julianus scribit, neq; donationem contractam, neq; mutuuum esse, ideoque nec accipientis nummos fieri. (b)

(a) Capit hæc res decisionem ex eo, quod nulla res, nullum omnino negotium sine consensu consistat. l. 1. §. 1. de pact. l. si & me & Titium. 32. h. tit. Vide Pac, in Antinom. cent. 3. quæst. 67. Verba sunt expressa in l. 18. ff. h. t. n.

(b) Dona-